$\frac{MmC+Mmc}{M+m} = (C + c)\, Mm$. In utroque igitur casu eadem motus quantitas amititur a massa M; ergo idem est ac si massa M celeritate $C + c$ incurrat in massam m quiescentem; Est autem (*per coroll.* 1. §. 3. *cap. praes.*) $V = e$; ergo idem est in occursu elasticorum, ac si M viribus $V + e$ aut celeritate $C + c$ incurreret in m quiescens.

Scholion. Sicuti poni potest massam M celeritate $C + c$ incurrere in massam m quiescentem, ita pariter massa M potest considerari ut quiescens, si ponatur massa m celeritate $C + c$ incurrere in massam M, si enim celeritas massae M concipiatur esse in massa m, M nulla gaudere celeritate concipitur, adeoque recte spectatur ut quiescens, id vero fieri posse constat (*ex schol.* 2. §. 10. *cap.* 3. *p. I.*)

Corollarium I. Erit igitur celeritas massae m per elaterium acquisita $= M\left(\frac{C+c}{M+m}\right) = \frac{MC+Mc}{M+m}$. Est enim (*per theorem. praes.*) perinde ac si M in m quiescens incurreret celeritate $C + c$; ergo (*per theorem.* 4. §. 13. *p. II.*) est $M + m : M = C + c : x = \frac{MC+Mc}{M+m}$ ergo.

Corollarium II. Et quoniam (*per schol. praeced.*) etiam M spectari potest ut quiescens; erit celeritas a massa m per elaterem acquisita $= m$